

CXX. J. Valentini Rupitij.  
CXXI. Casparis Reinsarti.  
CXXII. Jos: Ernesti Reichelmij.  
CXXIII. Casparis Reinsarti.  
CXXIV. Im. Zaccharie Fingerlingij.

Col 1926

Erasmus

Coloza de laebissimo

1551





XX.

19

V I R O

*Amplissimo, Clarissimo, Excellentissimo & Ex-  
perientissimo*

**Dn. WERNERO ROL-  
FINCK PHIL. ET MED. D. ANATO-  
miæ & Chirurgiæ P. P. longè celeberrimo, Horti Medici  
Præfecto primario & p. t. amplissimi Collegii Medici Decano  
Spectatissimo. Domino Promotori, Præceptori  
& Fautori.**

**ANATOMEN PUBLICAM CORPORIS FOE-  
MINEI FELICITER ADMINI-  
STRATAM**

*Gratulantur*

*Medicina in alma Salana Studiosi*

*31. Maij ANNO 1633.*

---

**TYPIS ERNESTI STEINMANNI.**



Dr. VERRINERO ROIA

PHIL. ET MED. DOCTOR

ANATOMIAE ET PHYSIOLOGIAE

PROFESSOR

UNIVERSITATIS

PAVIAE

MDCCCXXXIII

IN AEDIBUS

SCIENTIARUM

PAVIAE

MDCCCXXXIII

IN AEDIBUS

SCIENTIARUM

PAVIAE

MDCCCXXXIII


IN AEDIBUS

SCIENTIARUM

PAVIAE

MDCCCXXXIII





Il Mausoleum, nil Herculis ista co-  
lumna,  
Nil muri, nihil & pensilis hortus haber.  
Omnia sunt jocus & ludus, quæcūq; Poëtæ  
Admiranda canunt, aut monumenta  
sonant.

His admirandis vasto quid majus in orbe?

Quid? nisi divino pollice factus homo?

Si quis es in dubio; *ROLFINCKIUS* eximet illud

Expediens miram dexteritate struem.

Ossa quot & nervi, vegetæ quot sanguine venæ

Quicquid & occultum sub cute, pandit ovans.

Non antiqua canam, tellus Oenetria crebrò

Quæ stupuit; non hîc facta priora canam.

*Virginibus nobis à virgine virgo secatur*

Conspicienda: Dei quo trutinemur opus.

Quisquis spectator, contemplatorve fuisti

Dic mihi num mirum sit mage in orbe tibi?

*Virginibus dum dignus honos, dum gloria digna*

*ROLFINCKI* vivet gloria, vivet honos.

*M. Johannes Placcius Colleg.*

*Philos. Adjunctus.*

---

*Q*uod non patula cordi Deus foramina

*Insculpsit creato, ut abditos benè*

*Sensus liceret insuori pectoris,*

*Taxare nolito, ipse indigne patriâ*

*Prodire stirpe, ô Mome. Rôlefinckius*

*A 2*

*Spes*

*Spes nostra, maximum decus & Apollinis  
Monstrare scit modum latentes intimè  
Cordis recessus intueri, nec modo  
Hujus docet perquirere, aſt absconditas  
Qua non patent, simul vias evolvere.  
Ergo Tibi, Vir proſequende, gratulor,  
Precatus, ut ſexcenta, Chalcedon ſagax  
Quot dicitur ſecuiſſe Medicus corpora,  
Secare contingat Tibi ante funera,  
Verùm Mihi toties ſecantem cernere.*

debitæ obſervantiæ gratia f.

*Nathan Voithus.*

---

**M**ira quod humani fabricatio corporis, aptè  
Mirâ ROLFINKI dexteritate doces.  
Multa virum nobis ſecuiſti corpora, ſed jam  
Addis foemineum, grande laboris opus.  
Illic quî capitis docuiſti vulnera ferro  
Tractari poſſint, ne moriatur homo.  
Aſt hic foemineos perlustras arte meatus,  
Atq; doces quantis foemina merſa malis.  
Quare magne tibi ROLFINKI magna tenemur  
Præmia cum votis ſolvere mente piis.  
Vive diu, vigeat tua gloria ſumma per annos  
Neſtoreos medici ſumma corona chori.

*Obſervantia & gratitudinis ergo*

*fecit*

Johannes Liſthenius.

---

**G**rande decus noſtri, Rolfincki, & ſumma Lycæi  
Gloria, qui proles Paonis alma clues.

*Jam*

Jam quater exacto Titan versatur olympo,  
Insuper & septem vix abiere dies;  
Cum primum licuit mihi Te vidisse secantem  
Fæmineum corpus dexteritate manus.  
Illo ego vel decies optabam tempore, ut essem  
Centum oculis cinctus qui caput Argus erat;  
Corporis illius scrutarier abdita possem,  
Mirandum magis hic quo nihil orbis habet.  
Nunc iterum parvi cum mundi arcana revelas,  
Virgineum doctâ corpus & arte secas;  
Corporis ostendis quàm sit structura stupenda  
Fæminei, patrius quiq; cuiq; locus:  
Afferis & muliebrè decus, quod tempore prisco  
Sunt soliti, atq; hodie contemnerare solent.  
Certè ego fæminei, tanto Doctore, recessus  
Quòd vidi miros corporis intimius;  
Me puto felicem vel solum hoc nomine, & hoc mi  
Nunquam non magni muneris instar erit.

Observantiæ debitæ testandæ

f.  
Leonhardus Krüger Luneb: Saxo.

*Aliud*

WERNERUS ROLLFINCIUS HAM-  
BURGENSIS MEDICINÆ DO-  
CTOR

*Per anagr.*

ERUIS VIR MEDICUS, DIC FERET AN-  
NON SIGNUM REBUS CO-  
ROLLA?

A 3

*Ernis*

**E**ruis ex hominum, Rolfinci Clare, malorum  
Causam corporibus iudicio illa secans,  
Ergo *Vir es medicus* non solum nomine, sed re:  
Hinc Tibi pro pretio *dic*, quid Apollo feret?  
*Annon* pro tantis rebus pulcherrima, *signum*  
Immarcessibili laude corolla venit?

*Idem.*

**E**xtollit Pallas Medicos Patavina peritos;  
Et Medicos celebres Jena vetusta colit.  
Illic Phœbeius Juvenis Clarusq; Machaon;  
Occupat hanc Pæon, Cous itemq; Sophus.  
Scilicet hocce probas, Præcellentissime Rolfinck,  
Pallida dum ferro corpora ritè secas.  
Mascula monstrasti bistrina cadavera dudum  
Qua tua perpulcrè dextera dissecuit.  
Nunc quoq; virgineum producis, nobile corpus,  
Ore necaturas quod capiebat aquas.  
Hoc per agras, & quas rerum natura novatrix  
Condidit abstrusas eruis arte vias.  
Fœmineis, effers, morbis quis fons & origo,  
Hincq; doces doctâ damna fugare manu.  
Sis salvus, precor, & vivas feliciter annos  
Nesteris, ô Medici gloria magna chori!  
Cultello parvo millena cadavera scinde,  
Sic nomen magnum, fama perennis erit.

Debitæ observantiæ & gratitudinis ergò

*deproperabat*

Michaël Bachgall.

Rara

**R**ara avis in terris, alboq; simillima corvo,  
Virgo, pudicitiae nomen & omen habens!  
Rarum casta licet Virgo animal fiet,  
Non tamen dextrâ potuit celebri  
Elabi hæc fera, sed tui subire  
Dogmatis usus,  
Nate Galeni.

Quid? quod dextrè avibus bonis  
Cesserit doctum studium laborque  
Unde hausit documenta optima dedita  
Gens Phœbi studiis artib; atq; sacris.  
Blandifona ergò Tibi multum carmina mittant,  
Et celebrent, gèsti quod benè nuper, opus:  
Cur ego, Doctor, Tibi nulla mittam  
Metra, & concelebrè tuos honores  
Quos miratur & approbat  
Angulus omnis  
Orbis in oris.  
Flore secula plurima  
Felix, vive diu valens potenter  
Artibus pulcrum satia juventam  
Sic tuus hic cœlo sydera tanget honos,  
Et pubes studiosa tibi sic grata manebit.

*Honoris & fausta gratulationis ergò  
apponebat  
Johannes Hampe, Urat. Sil.*

---

**M**irari fecit rimari abscondita: quidni  
Ergo rimandum nymphae membra tibi,  
Maxime Rolfincki, quo non praestantior alter  
Artis seëtriciis sedulitate cluit.

*Prima*

*Prima tuæ objicitur seclura hinc virgo Cadaver,  
Scilicet ad rapidas, quas Sala lambit, aquas.  
Felicis dico queis obtigit ista videre;  
Sed mage felicem cui secuisse datum.*

debitæ observantiæ ergo adji-  
ciebat

Joachimus Elshner Breslâ-Silesius.

**Ε**ργα θεῶν μεγάλα ἐν βίβλοις θεωρεσθήσιν  
Ακριβῶν, δόξην κλέεται ἢ δ' ὄφελος;  
Ναὶ Πιπλεῖσον εἰαυτ' ἐκ θείης κλίσεσιν αὐτῆς  
Γνωρίζειν, δόξην κλέεται ἢ δ' ὄφελος.  
Δῆτ' ἐν κλίσματι τῷ ἁγίῳ καὶ θαυμασιῶ τῷ  
ἀνθρώπῳ, ὁ Θεὸς φαίνεται εὐφρονέων,  
οὔτιν' ἢ δὲ τυνῆ, Μαχάων Ἰητρὲ ἀμύμων,  
Ἄρτι δέδειχας τὴν οἰκοδομὴν νοσεράν,  
Ἀσπίλῳ ἐν σώματι παρθενικῆς ἀμολύντα,  
Εὖ τε καλῶς τέμνων πᾶν μέλος ἢ δὲ μέρσιν,  
Δέρμα τὸ, ἢ δὲ κρέας, μυελὸν, νεῦρον, ὀστέα, ἴνες,  
Ἐγκέφαλον, ἄγχεα, σπερμόδοχα.  
Συγχαίρω διότι τέτοιο τέιν, Πολύφημε  
Ὡ ἄνερ, ἐκ θυμῶ σήθεσιν ἢ δὲ ὄλκ.  
Παντοκράτωρ ὁ πατήρ, Διὰ τῶ ἀφατοί τε φατοί τέ,  
Σώου τυ σώζῃ, εὐχομαι, αἰδίως.

ὕπηρετικῶν συγχαίματα ἕνεκα  
αὐλοχιδίας

f.

Samuel Heinrich Weinreich.

**D***ifficilis labor est, vix Sisyphio minor, ipsum,  
Discere nosse, homini, quomodo se ipse queat.*

Parti-

*Particulâ nihil ut dicam de Principe nostri  
(Cœlitus est orta hæc, inde animamq; vocant)*

*Nullius hanc potuit solertia discere, acumen  
Ingenii nostrum ludere namq; solet.*

*Terrigenas saltem nostri ortus inspicite partes,  
Nomine quas uno corporis indignant.*

*Quanta ibi membrorum discrimina, copia quanta,  
Illorum ut differt finis & officium,*

*Quæ satis haut possunt digne cognoscier unquam,  
Doctâ nisi artificis dissecet illa manus.*

*Femineo exemplo, hoc docuit Rolfinckius, alter  
Herophilus, multa hinc laude canendus erit.*

*Honoris observantiæq; debitæ causa  
apponere voluit*

*Henningus Becmannus.*

---

**M**ira & rara scholæ monstrasti Nymphae membra  
Sector membrorum maxime,

Phœbi divini clarissima gemma. Sinister  
Et lacrumabilis quidem

Casus virgineo factus in corpore, quod se  
submersit undis impetu;

Verùm optata fuit nobis occasio, fibras,  
partesq; puræ virginis

Rimari, duce te Meditrinæ præstite: pro quo  
Grates reponimus tibi

Dignas, optantes superes ut Nestoris annos  
Scholæ in Salanæ commodum.

*Gratitudinis ergò merita & obser-  
vantia apposuit*

*Tobias Hilscher Hirschb. Sil.*

---

**N**on aqua, non liquidi prodest vapor aureus ignis  
tam bene, quam callens doctas Hippocratis artes;

*B*

*Sed*

*Sed magè qui gignit medicos ex arte per artem.  
Talis es ò Rolfinck Medicorum gloria! nobis  
innumeras pulchro numeras nunc ordine plantas:  
Corporis humani fabricam nunc eruis aptè:  
Quæ facit ut Medicus morborum discat abyssos,  
Atq; manus medicas agro feliciter aptet.  
Ergo Tibi summos Rolfinck debemus honores,  
Atq; immortales restat Tibi solvere grates;  
Usq; Tuum nomen, laudes, & fama manebunt.*

gratitudinis ergò deproperabat

*Balthasar VVidmarcker VVillersta-  
dio-Thur.*

---

**V**irgineum secuit ROLFINK diâ arte cadaver,  
Attonita aspexit docta caterva Virûm.  
Tum secum: corvo est hæc scissio varior albo,  
Felix hunc actum qui videt atq; diem!  
Alter es Hippocrates, is scelleta condidit ære,  
Ossibus humanis talia T U T E facis.  
Quicquid VESALIUS, LAURENTIUS, atq; COLUMBUS,  
SPIGELIUS, RUDIUS, Quidq; BOHINUS habet:  
Hæc natura sagax TIBI singula contulit UNI,  
Suspiciunt omnes T E, TIBI grator ego.

*Dn. Præceptori suo applaudit hisce*

**Michaël Schvanshoferus Ra-  
tisponensis.**

---

**I**lla dies optata venit, quâ Lux Medicinæ  
Præclarus Rolfinck nostra columenq; Salana,  
Candida submersæ spectanda dat exta puella,  
Monstrat membrorumq; situm, finem officiumq;,  
Et quibus alma viros fecit natura puellis  
Assimiles membris: quæ non dedit organa utriq;.

*Græ-*

*Gratulor ergò tibi, & cuncti gratamur ovantes,  
Magne vir, egregium hoc opus eventumq; secundum,  
Ardua concordì clamore per astra ferentes.  
Gratulor atq; precor multis spes cœlica vivas.*

adposuit

*Christophorus Bertuch / Denstadio  
Thur.*

---

**S**I res ulla meret summæ præconia laudis:  
Ars Pæonia præ cæteris

Hæc sibi jure petit.

Cœlitus hanc mittit vasti Moderator olympi,  
Regesq; in orbe non minus

Numinis instar habent.

Ut quondam Hippocrates, Podalirius utq; Galenus  
Hæc claruere, maximi

Regio honore viri:

Præ reliquis clarus sic circumfertur in orbe  
ROLFINCKIUS; vitæ artifex

Docta per ora volans.

Quod solers aliis etenim natura negavit,  
Præstat facile ROLFINKIUS

Notior arte Lino.

Corporis Evigeni cingens natura recessus  
Arcana defendens simul

Non aperire sinit.

Detegit hæc felix ROLFINKI dextra fidesq;  
Ac omnium mox oculis

Subjicit attonitis.

Naturæ has igitur Medicæ plebs incluta legis  
Attende diligentius

Interioris opes!

Nobi-

Nobilis Anatomes etenim qui negligit usum,  
Artis suæ ignorantiam  
Prodit, & arte cadit.  
Pro meritis nostro meritas quoq; pendere grates  
ROLFINCKIO non desine,  
Dum tibi vita manet.  
Dum tibi vita manet mecum hunc extolle per orbem,  
Qui sectionis nobile  
Nomen & omen habet.

*Debita gratitudinis ergo*

*f.*

Johannes Michaëlis Samste-  
nô. Bohemus.

---

**D**ona æquis tua, ROLFINKI, laudesq; perennes  
Laudibus innumeris sat celebrare potest?  
Nullus erit tantas qui possit promere laudes,  
Quas virtus meruit artis Apollineæ.  
Te laudat pulchra tua Sectio docta Puella,  
Quam tua jam dextrè dextera fida docet.  
Hinc tibi promeritas promo de pectore Grates,  
Et precor ut deinceps corpora multa seces.  
Testandæ observantiæ

E. F.

Philippus Schunckius Jena. Thu-  
ringus.

FINIS.

CC 1926

ULB Halle 3  
001 556 118




Stk. 6 = Handschrift

Sb.

Paul Friedrich  
Buchbindermeister  
Morseburg a. S.

VDA





Ecloga





XX,

19

VIRO

*Amplissimo, Clarissimo, Excellentissimo & Ex-  
perientissimo*

**Dn. WERNERO ROL-  
FINCK PHIL. ET MED. D. ANATO-  
mia & Chirurgia P. P. longè celeberrimo, Horti Medici  
Praefecto primario & p. t. amplissimi Collegii Medici Decano  
spectatissimo. Domino Promotori, Praeceptor  
& Fautori.**

**ANATOMEN PUBLICAM CORPORIS FOE-  
MINEI FELICITER ADMINI-  
STRATAM**

*Gratulantur*

*Medicina in alma Salana Studiose*

*31. Maij ANNO 1633.*

TYPIS ERNESTI STEINMANNI.